

ditatem constitutam ex animali, & rationali: ita & altera: & sicut una ab altera, realiter distinguuntur: ita animal, & rationale unitus ab animali, & rationali alterius: & sic de singulis gradibus: non ponendo ipsos superiores ad has naturas, sed ut partes illas componentes. Nec ex hoc colligitur; quod homo, & Leo, non different species: quia animal, & reliqui gradus superiores in his realiter distinguuntur: nam homo & Leo, quomodounque considerentur, semper constitutur differentiis componentibus species distinctas: & sic necessario requirunt aliquid commune contrahibile, in quo conueniant: quare non dicuntur differre se ipsis: secus de duabus humanitatibus dicimus: nam quamvis qualiter respectu alterius species diuersa, scilicet equi, & Leonis, requirat aliquid commune, non tamen propter inter se comparantur: cum ut sic, non constuantur diuersis differentiis specificis, sed sint primo diuersa.

Dices: haec duabus precedentibus penderit, quam ab illis, claritas causa, separate decreuimus, ut ita illarum veritas magis elucescat: circa quam est prima sententia Thomistorum, qui sicut negant dari a parte rei naturam communem a singularibus distinctam, consequenter etiam negant talen uitatem formalem ab unitate numerali ex natura rei distinctam: quam sententiam, ultra argumenta facta, probat Araujo, ut supra, argumento desumpto ex D. Thoma de ente, & essentia cap. 4, quidquid conuenit naturae secundum se, semper, & ubique debet ei conuenire; & oppositum nunquam: sed haec unitas non conuenit naturae semper, & ubique: siquidem solum conuenit ei, prout praeventio contractio ad singularia, & non conuenit ei contractio in singularibus: quia ibi est contracta, & singularis: contractio autem, & singularitas, opponuntur isti unitati: ergo talis unitas non conuenit naturae secundum se confidet.

Respondeo: quod distinguuntur realiter: & tamen, nec numero, nec specie, ut communiter de his distinctionibus loquimur; & patet instantia in materia, & forma, quatenus suis singularitatibus praetelliguntur, quia realiter distinguuntur, & tamen nec numero, nec specie: nec sequitur: non distinguuntur species: ergo sunt idem speciem illa, quia sic differunt, vel sunt idem: ponantur in recta linea praedicamentali, quod non accidit in proposito: cum ictis duabus humanitatibus in illo priori aliquid commune non assignemus, quod de illis quidditatis prædicetur.

Dices: intellectus concipiens unam harum naturarum potest fundare in illa unam secundam intentionem speciei, & similiiter concipiendo alteram: sed ita duas secundas intentiones differunt species: ergo & illarum fundamenta.

Respondeo: quod illae secundae intentiones non dicuntur differre species adiuvicem copartem: bene tamen si cum alijs intentionibus secundis aliarum specierum comparantur: sicut de illarum fundamentis diximus.

Ad secundum. Ad secundum nego sequelam: ad probationem distinguo maiorem: si sibi non repugnet ex aliquo concomitante: concedo: secus autem si sibi repugnet: ut est in proposito: quia talis natura, ut sic existens, est causa intrinseca, & necessaria singularitatis: & sic sibi repugnat esse in rerum natura sine illa: sicut homini præcisæ considerato, non repugnat esse sine risibili: secus autem, ut est causa necessaria risibili: quare Doctor ait implicare, naturam esse sine individuis. Nec illa propositio ex secundo sent. cogit: nam solum valet respectu illius: quod contingenter se habet ad plura realiter distincta, qualis est materia respectu omnium formarum: non vero valet respectu illius, quod indifferenter se habet ad plura formaliter distincta: ut accidit in proposito.

Ad ultimum nego sequelam: ad probatio-
nem dico: quod illæ duæ naturæ in illo priori ha-
bent existencias communes extra causas, quibus
realiter distinguuntur: ut dictum manet.

ARTIC. III.

An natura communis sit una unitate formali minori unitate nu- merali.

DIFFICULTAS hæc ex duabus pre-
cedentibus penderit, quam ab illis, cla-
ritatis causa, separate decreuimus, ut
ita illarum veritas magis elucescat:
circum quam est prima sententia Thomistorum,
1. Sentent.

1. Argum.

Dices: haec duæ naturæ per vos distinguuntur: ergo vel numero, vel specie: vel si aliqua harum distinctionum non differunt, erunt idem numero: vel species: sed quidquid horum dicatur, est contra solutionem: ergo solutio nulla.

Respondeo: quod distinguuntur realiter: & tamen, nec numero, nec specie, ut communiter de his distinctionibus loquimur; & patet instantia in materia, & forma, quatenus suis singularitatibus praetelliguntur, quia realiter distinguuntur, & tamen nec numero, nec specie: nec sequitur: non distinguuntur species: ergo sunt idem speciem illa, quia sic differunt, vel sunt idem: ponantur in recta linea praedicamentali, quod non accidit in proposito: cum ictis duabus humanitatibus in illo priori aliquid commune non assignemus, quod de illis quidditatis prædicetur.

2. Argum. Secundo unitas formalis conuenit naturæ, quatenus est communis negative, & per non repugnat: itam ad essendum in multis (ut fatetur Scotus) sed ut si est tantum unitas rationis: ergo non erit unitas realis: minor probatur: tum quia omne ens reale existit in rerum natura; & illa unitas cum illis conditionibus nequit existere: quia existentia est actus rei singularis, ad quam terminatur actio generativa, per quam conmutatur existentia: & illa unitas non conuenit natura positiva, sed negative sumptus: igitur. Tum etiam: quia prædicta, quæ conuenient negative alicui naturæ superiori, sunt realia, sunt propria alicui inferiori: quia ratione dicitur animali conuenire esse risibile per non repugnat: quia alicui animali est proprietas risibilis: sed unitas formalis nulli est propriæ: in nullo individuo potest reperiiri: ergo non est unitas realis.

3. Argum. Opposita sententia est Doct. in secundo dist. 3. quæst. 1. pro qua notandum primo, quod unitas est passio entis: unde sicut triplex est unum: numericum, specificum, & genericum: (unum namque proportionis non est ad propositum) ita etiam est triplex unitas hoc triplex unum in suo esse constitutas: quare unum numero, cuius unitas sequitur singularitatem, est ens individualis in sua natura singulari, ut in alia singularia dividit non possit: sicut pater in Petro, & Paulo: & tale unum dicitur maximum unum: quia eius unitas nullam aliam patitur secum. Unum spe-

2. Sentent. Doctoris.

1. Notan.

2. Conclus.

1. Conclus.

2. Conclus.

cificum, cuius unitas sequitur principia formalia, & essentialia naturæ; & ideo dicitur unitas formalis: est: quod est individualis, seu cui repugnat diuidi in alias naturas specificas; diuiditur tamen in individualia: ut natura humana non diuiditur in plures naturas specificas; bene tamen in plura individualia: & tale unum dicitur minus unum, quia unum numero: quia eius secum patitur divisionem individualis, & unitatem numeralis. Unum tandem genericum est, quod est individualis, seu cui repugnat diuidi in plura genera: diuiditur tamen perspecies: ut substantia repugnat diuidi in plures substantias, quæ sint generalissima: & idem de generibus subalternis, & infinitis, dicitur suo modo: & haec unitas est minimæ unitas, cum consequatur naturæ magis diuisibilis: & per hoc patet Titulus Difficultatis.

Secundo, not. ex Doct. 7. Metaphys. quæst. 13. §. intelligendum quod vniuersale: & in 7. dist. 8. quæst. 2. littera O: quod in Petro, verbi gratia non solum secundum considerationem intellectus, sed secundum ordinem naturalem per se ipsum in ipso unitive contentarum à parte rei: & est gradus realis entis, substantiae, corporis, viventis, & animalis: qui quidem gradus, sicut manifestantur inter se ordinem prioris, & posterioris naturæ, prout secundum se, & secundum rationem communem considerantur: sic in Petro eundem ordinem seruant: unde prior est in Petro gradus existens, quam substantia: & hic prior, quam gradus corporis: & sic descendendo usque ad infimum gradum superiore: & sicut de illis sic in communis consideratis diximus: sic etiam de illis, prout contrarii, & singularizati sunt, est nobis dicendum: nam in Petro, quicumque gradus non solum est gradus in communis, sed hic gradus propria singularitate contractus: cum enim sint à parte rei, unus quisque sicut habet propriam entitatem, sic habet existentiam, singularitatem, & unitatem propriam sibi correspondentem independenter ab existentia, & singularitate totius. Itaque Petrus non solum est hic homo: sed hoc animal: hoc vivens: hoc corpus: haec substantia: & hoc ens: & sicut animal est prius, quam homo: ita in Petro est prius hoc animal, quam hic homo: & idem de unitibus est dicendum.

Dicendum primo, nulla datur in rebus unitas formalis, per quia de facto eadem natura creaturæ sit una in multis positiva. Hæc est apud omnes communis: nec oppositum docuit Doct. Subtilis quidquid illi imponat Magister Soto quæst. 2. Vniuersal probatur conclusio: quia unam naturam esse de facto in multis simul positiva solius est naturæ diuinæ: ergo hoc nulli naturæ creaturæ (etiam de potentia absoluta) conuenire potest.

Dicendum secundo, præter unitatem formalis, & numeralem, non est assignanda à parte rei in natura communis unitas præcisionis, quæ dicitur communis multis. Hæc etiam est communis: contra Fonsecam 4. & 5. Metaphys. ut supra, quem optime impugnat Araujo: Sed breueriter probatur conclusio. Omnis unitas realis vel est formalis, vel numeralis: sed unitas illa præcisionis, secundum suum Authorem, nec est formalis, nec numeralis: ergo est ab illo facta, & non rea-

Quæst. I. Artic. 3.

lis: maior paternam unitas est passio entis: sed ens, quod potest in Petro, verbi gratia reperiri, tantum est duplex: scilicet vel quidditas essentialis, vel singularitas: & ad illam sequitur unitas formalis, & ad istam unitas numeralis: ergo unitas realis, vel est formalis, vel numeralis.

Confirmatur: nam unitas, cum sicut item consecutive, dicatur carentiam diuisionis, ex multiplicata diuisione, eius multiplicitas est accipienda: sed tantum est duplex diuisionis, altera per principia essentialia, & altera per principia materialia: quarum illa est formalis, hæc vero materialis: ergo duplex dimitat unitas datur, formalis vide licet, & materialis: maior pater: nam priuatio, sicut per habentem sibi oppositum cognoscitur, ita & numeratur: minor autem probatur, & explicatur: nam in Petri, & Pauli, sola est diuisione materialis, cum penes principia formalia sint individualis: sed si comparatur ad leonem diuiditur penes principia formalia, scilicet penes animal rationale: ergo in illis: cum detur solum duplex diuisione, formalis, & materialis: tantum etiam dabitur duplex unitas realis, formalis scilicet, & numeralis.

Dicendum tertio, natura in illo priori, quo præintelligitur singularitatem, habet unitatem formalis à parte rei minorem unitatem numeralis, ab eaque ex natura rei distinctam. Hæc est Doct. contra Thomistam: ex præcedentibus que manet probata; denique probatur primo, secundum Philosophum 10. Metaph. tex. 2, in omni genere est unum primum, quod est metrum, & mensura omnium, quæ sunt illius generis: sed tale primum, quod est mensura, habet unitatem realem, & non est unitas numeralis: ergo est alia unitas minor numeralis: maior est Aristot. & intelligitur de mensura quidditatis quidditatis mensurae alias quidditates, & perfectiones: ut quidditas hominis propter sui perfectionem est mensura quidditatum aliorum animalium: ita ut illa sit perfectior, quæ magis quidditatis hominis appropinquat: minor quo ad primam partem patet: nā mensura, & mensurata, sunt unitates: & si mensurata sunt realia, ut reuera sunt quidditates specificæ unitatis generis: etiam, & mensura debet esse realis: quia ens reale non potest dependere in mensurari ab ente rationis: ergo humanitas, ut est mensura aliarum specierum animalium, est una unitate reali. Et quod non sit unitas numeralis ostenditur: quia mensurari dicit ordinem essentialium inter mensuratum, & mensurans: ita ut mensurans sit prius mensuratum: sed inter individualia eiusdem speciei non est ordo prioris, & posterioris, ex tertio Metaph. tex. 11. ergo nullum singulare in genere est mensura omnium illorum, quæ sunt in illo genere: ergo debet esse aliquod unum commune: ac per consequens erit unum unitate formalis, alia ab unitate numerali.

Secundo iuxta Aristot. 5. Metaph. cap. de ad aliquid: similitudo, & æqualitas, sunt relationes fundatae super unitatem: sed non possunt fundari super unitatem numerali reali: ergo oportet fundari super unitatem communis reali minori unitate numerali: minor probatur: duo alia dicuntur.

tur similia; quia habent unam, & eandem albedinem; ergo si illa albedo est una secundum numerum, iam non erunt duo similia; sed unum simile; ergo cum sint duo similia: illa albedo, ratione cuius dicuntur à parte rei unum, & idem; erit una vnitate formalis realis; quia relationes reales fundatum proximum reale exquirunt. Alias rationes vide apud Doctorem, quas hic, quia nimis Metaphysica sunt, non appono.

*Vlt. Cœlū
sio.*

Dicendum vltimo: in quolibet individuo tot sunt vnitates formales, quot sunt gradus communis à parte rei, maiores vel minores secundum graduum maiorem vel minorem diuisibilitatem. Hæc est cum Doctore communis in nostra schola probaturque sicut, & præcedens.

Ad Primū

Ad argumenta: ad primum ex dictis constat: quia quamvis natura, ut contrafacta, non habeat hanc vnitatem: sicut, & quatenus communis non habet vnitatem numeralem: nam vnitatis singularis, & formalis, ut sic, opponuntur: tamen natura secundum se habet in singulari vnitatem sibi propriam; & quatenus contrafacta haberet vnitatem numeralem: quia secundum diuersos statutus, quos habet, diueritas retinet vnitates: nec hoc est contradic̄to.

Ad secundum nego minorem: ad primam probationem dico: quod natura à parte rei existit existentia communis sibi propria, ut diximus Artic. præcedente: ad secundam probationem patet ex solutione ad quartum Articuli primi.

ARTIC. IIII.

An unitas formalis sit positiva vel priuativa?

I. Argum. Ræsens difficultas non querit de vnitate positiva, ut opponitur vnitati negativa, seu per non repugnantiam, quia scilicet natura est una communis multis in determinate: nam de vnitate positiva in hoc sensu diximus Artic. præcedente, conclusione prima: sed sumitur vnitatis positiva, ut cum aequali, seu reali concurrit: ita ut sit sensus: an in Petro verbi gratia, sit duplex vnitatis positiva, & realis: alia formalis, alia vero numeralis. Et quamvis ex dictis constare videatur esse vnitatem positivam: nihilominus propter aliquos ex nostris, & ut doctrina tradita magis pateat, pro parte negativa sic arguit noster illustrissimus Cardinalis Aurelius. Primo, data opposita opinione, sequeretur: quod vno in individuo annihilato, omnia annihilarētur: & vno creato, nihil possit nouiter creari: sed ista sunt impossibilia: igitur: primum sic ostenditur annihilato aliquo simpliciter, annihilatur omne, quod est in eo: sed illa humanitas, communis, & una positiva, est in Sorte: ergo ipso annihilato annihilabitur & ipsa: sed an annihilato aliquo communis annihilantur eius singularia: igitur vno in individuo annihilato, omnia alia annihilantur.

Secundum etiam patet: quia illud non potest nouiter creari, cuius aliqua entitas, seu realitas præcessit: sed in Sorte heri producta, est aliqua realitas communis sibi, & Platonis, qui debet crea-

re: neque humanitas: igitur Sorte creata nullus alius homo potest creari: quia creatio (ut Theologi fatentur) est productio entis ex nihilo: igitur, &c.

Tertio sequeretur: quod in uno individuo essent duæ humanitates: una propria, per quam distinguitur Sortes à Platone, & alia communis: quod est inconveniens deducum ab Aristotele. Contra Platonem: igitur.

Quarto sequeretur: quod in anima erit duæ animæ intellectuæ: quod est absurdum: patet sequela: certum est: quod homo in communi habet vnitatem propriam distinctam ab vnitate Sortis: sed ista vnitatis communis distinguitur ab vnitate Sortis: quod patet ex fundamento Scoti dicenti: quæcumque sic se habent; quod unum potest manere, alio non manente, distinguuntur realiter: sed ita est: quod manet homo communis, non manente Sorte: ergo homo communis distinguitur realiter à Sorte: tunc sic sed in homine in communi est materia, & forma, quæ est anima intellectus: & illa est alia à forma Sortis, propria: & quatenus contrafacta haberet vnitatem numeralem: quia secundum diuersos statutus, quos habet, diueritas retinet vnitates: nec hoc est contradic̄to.

Secundo principaliter arguit Pater Rubius quæst. 3. Vniers. argumento ita efficaci, ut afferrat se concludere aduersus Doct. Subt. quod ita se habet: unum & individuum idem sunt: ergo divisione oppositum vnitati; & eam tollit, ac dissoluit: sed omnis natura secundum omnes gradus, quos habet à parte rei est diuisa per differentias individuales: ergo nullam habet vnitatem formalem positivam multis communem: probatur minor: natura humana, quæ est in Petro, & Ioanne, est diuisa per differentias eorum individuales: ita ut quidquid habet Petrus, si hoc, atque distinctum ab ijs, quæ habet Ioannes, & c. est contra: ergo nec naturam, aut essentiam, nec ullam gradum naturæ possunt habere unum aut communem: sed omnis vnitatis formalis debet eis conuenire ratione naturæ, aut alicuius gradus eius, qui in eis sit communis, & unus; ergo nullam habent vnitatem positivam formalem communem.

Pro intelligentia notandum primo: quod vnitatis est duplex: alia priuativa, alia positiva: priuativa est illa, secundum quam aliquid unum non habet vnitatem, propter aliqua extrinseca distinctionem, & diuidentia ipsum: circumscripsit tamen ipsis distinguenteribus, naturam est habere propriam vnitatem: eo modo, quo dicimus, quod materia prima in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, non habet unam vnitatem, neque est una quia materia Sortis distinguitur, loco, & subiecto, à materia Platonis: & hoc est propter formas diuersas contrahentes, & diuidentes istas materias: circumscripsit tamen formis diuidentibus, & distinguenteribus, materia Sortis, & materia Platonis essent una numero: & secundum hoc potest intelligi illud primi Physi, & primi generat: quod materia est una numero omnium generabilium, & corruptibilium: non quidem una numero positiva: sed priuativa: quia circumscripsit formis diuidenteribus ipsam, habet materia vnitatem sibi propriam: & secundum hanc vnitatem

1. Note.

Vnitate in dicunt aliqui ex nostris, ut Franciscus de Marchia apud Ioannem Canonicum r. Physi, quæst. 6. art. 1. parte secunda: quod natura humana in individuo non habet vnitatem politiam, sed solum privatum: quia licet actu sit in pluribus positiva, est propter singularitates; quibus seclusa, ipsa est vna numero vnitate politia: quia ex se est apta nata ad talam vnitatem.

Vnitas positiva est, secundum quam aliquid est actu, & positiva unum; scilicet, quod est in se in distinctum, & distinctum à quilibet altero: & hanc vnitatem, dicunt communiter Scotisti, habere naturam in quolibet individuo, præter vnitatem numeralem: quia non implicatur, quod in uno individuo sit vnitatis formalis positiva correspondens naturæ ex se communis: & quod talis natura cum illa vnitate sit ex se aliis individuis communis. Quare duplex illa opinio Scotistarum, quam referit Antonius Trombeta 7. Metaphys. quæst. 8. de vnitate positiva, coincidit: & ita inter nos in hoc Articulo tantum duplex opinio cuncturatur.

Secundo notandum: quod vnitatis, quæ passio entis dicitur, non est aliqua negatio, sed vera entitas positiva, & realis consequens ens, cuius est vnitatis & constitutus illud in esse vnius in distincti, & individu: siue in aliis opposatur divisiones per differentias individuales, siue per formales: unde si eas individuum, quod constituit vnitatis, per negationem communiter exponatur, non est ex eo, quod vnitatis sit formaliter negatio, sed tantum consecutus: per quam negationem, vnitatis natura nobis magis innotescit.

Ex quo inferitur: quod si etiam quilibet gradus superior, & est entitas positiva, & cum hoc, dicunt non repugnantiam, vesti in pluribus: siue vnitatis illum consequens, & est entitas positiva, & dicunt talim non repugnantiam, vt gradus, quem in esse vnius constituit, vnu cum sit, possit esse in multis indeterminate: sed ex hoc non licet inferre, quod ipsa vnitatis sit negatio: siue consideretur penes indifferentic gradus, siue penes priuationem divisionis, cui opponitur: quia ratione hoc est illi consequens, & extensum.

Dicendum primum. Si vnitatis formalis dicatur positiva ex eo, quod constitutus à parte rei est vnam naturam, quæ positiva, & de facto, sit indiuisibilis in multis, talis vnitatis non positiva, sed priuativa dicenda est. Hac est apud nostris communis: nec in ea controversia esse potest: quia ut supra vnius solum essentia diuina dicitur hoc modo vna positiva: nec in hoc probando est cur immoreatur.

Dicendum secundo. Vnitatis formalis naturæ est vnitatis realis, & positiva à parte rei distincta ab vnitate numerali. Hac est etiam apud Scotistas communis contra Franciscum de Marchia, quam etiam (quod minus est) tenet aperte Castellanus de ente & essentia, quæst. 6. vbi ait in Sorte à parte ci, præter vi. iratam numeralem, dicit multiplicem vnitatem formalem, iuxta numerum graduum quidditatiorum: itaque secundum hanc conclusionem natura humana in quolibet individuo est vna vnitatis formalis sibi propria, secundum quam dicitur unum ens commune, positiva

& reale, respectu individuorum, diuisus tamē, & indeterminate.

Probatur primò: nulla vnitatis positiva realis remouetur ab aliquibus, nisi propter diversitatem aliquam oppositam naturæ, quam includunt: sed in aliis eiusdem specie non includunt diversitatem aliquam oppositam extra intellectu vnitatis specificæ: ergo talis vnitatis ab illis non potest remoueri, sed ibi manet. Major patet: nam vnum oppositum nunquam remouetur ab aliquibus, nisi propter positivam, vel presentiam alterius oppositi: minor probatur: quia talia individua non includunt nisi diversitatem numeralem, quæ vnitatis specificæ non opponit. Iḡt.

Secundo, natura à parte rei est vera entitas positiva, & existens, communis multis ergo eius vnitatis, quæ dicitur talis, debet esse positiva, & realis: antecedens patet ex dictis: consequentia est certa: quia sicut etiam habet vnitatis in communione ad eum in communite vnitatis in particulari: ad eum in particulari: ergo sicut ens realis positivum incommunicabit vnitatem reale, & positivam: sic ens realis, & positivam in particulari habebit vnitatem realis positivam in particulari. Et certe Scotista, quin natura communis à parte rei negant hanc vnitatem formalem positivam, vel sibi, vel Doctori Subtili contradicunt.

Ad argumenta ad. primum (omissa solutioione Ioannis Canonici) nego sequelam; procedit enim ex ignorantia communis, & vnitatis positiva: non enim dicimus, quod natura humana, quæ est communis suis individuis, sit una natura alia ab humanis, quæ sunt in illis contraria, & sit in omnibus illis positiva: hoc enim est impossibile ex prima conclusione: sed dicimus, quod in quolibet individuo est una humana diuisio, quæ secundum se est communis multis: quia ut sic, nullam singularitatem determinat; & ideo aperte est cum quilibet singularitate quodcumque individuum consideretur, & de illo quidditatibus praedicari: quare licet vnu an nihil sit, non inde omnia annihilantur: & vno individuo creato, reliqua creari possunt: quia entitas illa naturæ communis, quæ est in individuali creato, licet per non repugnantiam postulet singularitatem individui creandi: non tamen, vt est iam contracta reduplicative: & ideo cum nihil praecessit entitas in individui creandi, quam habetur est, optime poterit creari: & per hoc patet ad primum, & secundum inconveniens.

Ad tertium iam diximus: quod humanitas Sortis, & Platonis, sunt duæ per accidens ratione vnitatis numeralium: per te tamen non proprie duæ sunt dicenda.

Ad quartum in conueniens, nego sequelam: ad probationem dico: notando: quod omnis entitas quidditatibus alicuius generis (siue se habeat, vt totum, siue vt pars) consideratur; vt natura est: velut hæc natura, & vnu modo est prior se ipsa secundo modo tumpta: nec distinguatur à se ipsa nisi per singularitatem, quæ cum inter se sint idem realiter, & solidum formaliter distinguantur; ideo non sunt propriæ duæ: nam ut aliqua sint duo propriæ, duas conditiones ha-

Ad primū

Ad tertiam.

Ad quartam.

bere debent: & quod habeant aliquam rationem communem; & quod talis ratio communis realiter in ipsis distinguitur, & numeretur: & cum anima intellectus, ut natura, & ut haec natura, non habeat aliquam rationem communem; ideo non realiter dicitur: & idem de humanitate dicatur.

Ad secundum.

Ad secundum concessio Enthymemate; distinguo minorem: est diuisa per accidens: concedo: per se: nego minorem, & consequentiam: quia licet humanitas, & omnes gradus superiores sint contrafacti in quolibet individuo, hoc habent per accidens: ex se enim nullum individuum determinant: & ita quamvis ut contracti non possint de aliis praedicari, sicut nec esse in illis: attamen secundum se omnem singularitatem determinant: quare non valet: natura, & omnis gradus communis est contractus in quolibet individuo a parte rei ergo non habet unitatem formalem: nam agitur a positione praedicati per accidens, ad actionem praedicati per se: quod deberet aduertere sic Arguens, ne hoc argumento contrariantur Doctorem se concludere affermaret.

ARTIC. V.

An natura communis a parte rei sit corruptibilis, vel incorruptibilis?

VT certa ab incertis separamus: certum est in hoc Articulo nos non loqui de ipsis naturis, prout in ordine ad diuinum intellectum considerantur: ut sic enim non est dubium esse eternas, incorruptibles, perpetuas, & necessarias: nec etiam hic agimus de naturis spiritualibus, tam substantialibus, quam accidentibus: quia tales, sicut non habent causam propriam corruptionis, ita non proprie corruptiuntur: sed impre prie, quatenus per annihilationem desinunt esse: intelligitur ergo prae sens difficultas de naturis, tam genericis, quam specificis, substantialis materialis, prout a parte rei habent esse commune in suis individuis, secundum quod de eis hucusque egimus.

Prima sententia.

In qua difficultate prima sententia affirmans esse corruptibilem potest esse omnium illorum, qui supra negabantur a parte rei naturas communes, quibus etiam fuit figura Platonis: potestque haec sententia probari: naturae communes, prout sunt a parte rei, cum puntur ad corruptionem singularium: ergo a parte rei non sunt incorruptibles: ergo nec dantur a parte rei: si enim darentur, essent incorruptibles; quia ideo dantur per oppositum opinantes, ut sint obiecta scientiarum, quae sunt de incorruptibilis, & necessariis.

Secunda sententia Doctoris.

Secunda sententia a nobis amplectenda asserta: naturae communes esse a parte rei incorruptibles: pro qua notandum primo, quod corruptibile, & incorruptibile opponuntur: & ideo vni, & eidem rei, sub eadem ratione, cōuenire nequeunt: Vnde sicut aliquid dicitur dupliciter corruptibile, ita & incorruptibile: est igitur corruptibile proprium sumptum, quod in se habet potentiam, ut

corrumperatur, corruptione proprie dicta: qualis est mutatio, & transitus de esse ad non esse in subiecto apto nato, & corruptibile sic sumptum, & generabile, conuertuntur: & vt sic haber in se materiam, quae est principium corruptionis: incorruptibile illi oppositum est, quod tali potentia, & principio caret, & tale incorruptibile ingenerabile dicitur. Aliud est corruptibile impropre, & est illud, quod haber potentiam, ut desinat esse per quamcumque desitionem: & corruptibile hoc modo sunt omnia a Deo creata; quia ab ipso anni hilari possunt: incorruptibile autem huic oppositum est tantum ipse Deus, qui sicut a se necessario haber esse, sic designare esse non potest.

Secundo notandum ex doctrina Doct. in 3. 2. Not.
disting. 2. quest. vñica; quod sicut compositum substancialis constans ex materia & forma consideratur, ut natura est, & ut haec natura: id est, ut commune; & ut singulare: ita partes ipsum componentes considerantur, ut naturae partiales sunt; & ut haec natura cum suis singularitatibus: quare compositum in communi, ut a singularitate abstrahit, in illo priori dicitur componi ex materia, & forma, prout a suis singularitatibus abstrahunt: & composite singulare, & ut hoc, componitur ex materia & forma, ut singulares sunt: quod doctrina est Arist. 5. Metaph. cap. 3. vbi ait: quod causa, & effectus, proportionantur: sive gene re, genere: si numero, numero.

Terrio notandum: quod compositum ex materia, & forma in communi, & partes illud componentes etiam in communi sumptu, id est, seclusi singularitatibus, dicuntur corruptibilia, & incorruptibilia: corruptibilia, in potentia remota: & incorruptibilia, in potentia propinquata: vero si cum suis singularitatibus sumuntur, sunt formaliter corruptibilia; ut corruptibile sumuntur primo modo in notabiliter primo assignato: quia singularitas, & existentia singularis, sunt causa, propter quas, materia, quae est substantia corruptionis, possit esse sub alia, & alia forma, & ex illa fiat generatio alterius compositi: pro quo.

Quarto notandum: quod corruptibile proprie dictum accipitur duobus modis: in potentia scilicet remota, & propinquata: corruptibile in potentia remota est, quod haber in se, unde possit corrupti, non tamen potest attingere actu corruptionis: quia non habet aliquas conditiones requiras ad tales actum, quales sunt singularitas, & existentia singularis: quibus positis, dicitur corruptibile, secundo modo, scilicet in potentia propinquata: sicut, v.g. calefactum in potentia remota est, quod haber in se calorem non tamen approximat: sed hoc posito, dicitur calefactum in potentia propinquata. Ex quo fit: quod corruptibile in potentia remota dicitur incorruptibile in potentia propinquata: quatenus scilicet incorruptibile opponitur corruptibili in potentia etiam propinquata.

Vltimo notandum: quod unitas formalis alter sumuntur in compositis spiritualibus: & alter in corporalibus substantialibus: & in his, alter in his, quae constant ex materia & forma, & alter in metaphysicis: nam in compositis metaphysicis, sive spiritualia, sive substantialia, seu accidentalia

3. Not.

4. Not.

Vlt. not.

1. Conclu-
sio.

Quest. I. Artic. 5.

talia sunt: sicut entitas cōpositi dicitur ipsa adæquate concepta, prout abstrahit ab inadæquatis conceptibus realitatum, a quibus componitur: v.g. Albedo, prout a gradu coloris tanquam a genere, & a differentia specie abstrahit, est natura Albedo: Metaphysice ex illis dubiis realitarum constituta: sic unitas formalis abstrahit ab unitatibus partialibus illarum realitatum: quae realitates, ut a singularitatibus, & unitatibus suis abstrahunt, dicuntur suum totum constitutere: si cut de toto Physico not. 2. diximus: & idem de toto Metaphysico substanciali, ut sunt Angeli, & anima dicitur.

At vero in compositis materialibus, sicut duplex habent entitatem, Physicam, & Metaphysicam: sic duplex habent unitatem, quod non accedit in compositis primi modi, que sunt vere Metaphysica, & ideo sicut vñica habent entitatem, sic vñica habent unitatem: prima igitur entitas communis in compositis materialibus sumitur a materia, & forma, prout a suis singularitatibus abstrahit: & talis entitas ab illis composta dicitur totum Physicum habens unitatem Physicam formalem: & vt sic talis entitas dicitur corruptibilis in potentia remota, & incorruptibilis in potentia propinquata: & formaliter a parte rei est vñiversale Physicum: entitas autem Metaphysica in ipsis compositis sumitur a toto composite adæquate sumpto: nam anima rationalis, v.g. ut natura est, & ut abstrahit a sua singularitate, tribuit corpori etiam in communi sumpto, & a sua etiam singularitate abstracto, esse sensituum, & esse viuentis ex quibus duobus esse consurgit animal in communi, & ratio Metaphysica generica; & ipsam etiam anima prout rationalis est, etiam in communi sumpta tribuit esse rationale: ex quo consurgit ratio differentiae: & ex omnibus consurgit homo Metaphysice compitus, & vnum per se commune habens unitatem Metaphysicam realem a parte rei, fundata tamen quoad suam existentiam, tam communem, quam singularem, in existentia compositi Physici: nam tantum durat compositum Metaphysicum, quoad esse in rerum natura, quantum permanet Physicum compositum: & tale compositum Metaphysicum in communi sumptum dicitur formaliter vñiversale Metaphysicum in rebus, estque corruptibile remota in suo fundamento, quod est vñiversale Physicum: quia fundatur in materia, quae est principium corruptionis: licet proxime sit incorruptibile.

Dicendum primo: natura communis substancialis ex materia, & forma composita, ut a singularitate distingueatur, est incorruptibilis in potentia propinquata, & corruptibilis in potentia remota. Haec est Doct. in 3. vt supra: & Antonius Trabert: 7. Metaph. quest. 8. in solutione ad secundum, & prob. scientia est de perpetuis, & incorruptibilibus: sed Physica, quae de talibus quidditatibus agit, est vera scientia secundum omnes: ergo talis quidditas debet esse incorruptibilis.

Secundo ex 7. Metaph. tex. 34. omne quod quid est, est incorruptibile sed natura, ut sic, considerata, est quod quid est, & de illa datur difficultas: ergo est incorruptibilis.

Tertio, ratio corruptionis naturae est singularitas: nam ex primo Post. c. p. 5. Vniversale per accidens, id est, per singulare, destruitur: & cap. de subtilitate destruitur secunda: sed in illo priori, tam partes, quam totum, abstrahunt a singularitatibus: ergo, & a corruptione patet consequentia: quia quod in se non habet causam proximam alicuius effectus, nec ipsum effectum proxime habere potest: sed singularitas est causa proxima corruptionis in natura: ergo natura, ut abstrahit a singularitate, non habet causam proximam corruptionis.

Secunda pars conclusionis ostenditur: materia & forma, seclusi singularitatibus, sunt causa remota corruptionis: sed totum in communi includit in se materialis & formam sine singularitatibus: ergo est corruptibile in potentia remota.

Obijciones: corruptibile, & incorruptibile opponuntur: ergo non possunt eidem naturae conuenire: ergo non potest natura communis esse simul corruptibilis, & incorruptibilis: patet consequentia: per propositionem Doct. quest. vlt. Prologi: quando aliquid inest alicuius per se, eius oppositum nec per se, nec per accidens potest in esse: sicut.

Secundo, esse quidditatio præcisæ repugnat posse corrupti: contra: quod repugnat alicui simpliciter, per aliquid posterius non potest fieri: non repugnans: vt arguit Doctor contra Henric. in 1. distinc. 3. quest. 5. art. 2. sed actu corrupti repugnat simpliciter esse quidditatio præcisæ: ergo per esse existentia posteriori libi aduenientis, actu corrupti non erit non repugnans.

Ad primum distinguo consequens: respectu eiusdem potentiae: concedo: respectu dicitur, ne ego consequens: ita corruptibile in potentia remota, vel propinquata, contradicunt: sicut corruptibile in potentia remota, & incorruptibile in potentia propinquata: & hoc modo explicatur propositione Doctoris.

Ad secundum concedo propositionem Doctoris, eo modo, quo ipse arguit: ioculisti enim de repugnancia simpliciter: licet si homini ioculisti repugnante simpliciter, per alium posterius potest fieri libi non repugnans: & ita quia actu corrupti repugnat simpliciter esse quidditatio præcisæ, per esse existentia aduenientis non potest fieri non repugnans: sed semper est per se incorruptibile in potentia propinquata: licet remote si corruptibile, & per accidens corrupti.

Dicendum secundo: naturae substantiales, de quibus loquimur, corruptiuntur per accidens, ad corruptionem singularium, in quibus sunt: est communis cum Philosopho, vt supra: & experientia constat.

Dicendum vltimo: naturae communes accidentia materialium per accidens tantum sunt corruptibiles ad corruptionem subiecti singularis, in quo recipiuntur. Haec patet: quia haec accidentia cum materia, & forma careant, nequeunt esse corruptibilia per se, nec in potentia remota.

2. Conclu-
sio.